

Fridericus. &c.
Salutem

320)

Esse plane persuasum habuimus D. Julium Pacium,
cujus opera sicut ex proximis literis nostris abunde
intellexistis, ad Academia nostra Heidelbergensis hoc tem-
pore unice indiget, quem tot studiosi variis ex provin-
ciis undique concurrentes tanto perie desiderant et ef-
flagitant praesentem, nosque ipsum legitime accersitum
singulis bene momenti expectavimus, in nulla futuram
mora; praeter tamen omnem opinionem nostram, et
ex tabellario isthuc misso intelleximus, et ipsius Pa-
cii literis certiores facti sumus, nullis respectu
nostri atque excusationum suarum habito, cum nos cum
tota familia exsuscipiente non solum in vitam reti-
nere, et ibi etiam implicare in animum induxisse.
Nobis sane nunquam in mentem venit, ejusmodi aliquid con-
mittere, unde in cujusquam incurrere suspicionem
merito possemus, hominem cui fas non sit a vobis dis-
cedere, aut vobis eum permanendi cupidum, aut cu-
jus opere carere facile queamus, importunius expe-
tere voluisse, id quod nec vos fronte de nobis suspi-
carios, nec aliunde vobis periculosos esse persua-
deri, certa nobis ^{possent} ~~potuerunt~~ ^{potuerunt} praesentium
cum Majores nostri, quanto perie ipsis propaga-
tio divina veritatis cura semper fuerit, variis mo-
dis, inter quos Scholarum operatio haud postre-
mum locum obtinet, satis notum atque testatum
reliquerint. Verum enim vero cum neque nos ipse, neque illa
demum nostri ullum certum atque firmum deprehende-
re indicium hucusque potuerimus, D. Pacium ita vo-
bis obstrictum esse ac manipatum, ut nunquam
isthinc discedere integrum ille fuerit, id quod ipse
constanter habens negavit, haud mirum est,

deri debet, quam reservavit libertatem eripi
sibi nolle. His ita se habentibus, deinde vobis
nunc amanter petimus, ne illi sine curis praefec-
tu, sine facto atque arresto ulterius impedimento
sitis, quin potius omnia ^{et} obiecta hactenus obsta-
cula quam primum removenda curatis. Disceden-
tem juretis, atque hac ratione, quod vobis gratissimum
est studium de vobis omnino polliciti sumus, re-
ipsa comprobetis. Facile enim pro vestra pruden-
tia perspicere potestis, quid inolumenti scholae
vestrae sperandum in posterum ab eo sit, cujus animus
aliò ferbar, et quod facit non sponte atque alac-
rer, sed invito et coacto praestat. Cum illum, qui
nos toties petimus et ipse cupit, bona vestra cum
gratia dimiseritis, facilius fuerit ipso etiam di-
nitente ejus in locum alium invenire Rectorem
idoneum, praeterea absentis etiam opere et impu-
lis mingere bitis. Quod si feceritis, futuros autem
vos certo speramus: non vulgarem ad nostram en-
ga vos et Respublicam vestram benevolenti-
am acceptionum factam, operam dabimus, ut ex-
periamur. Valete. Data VII. octob. Anno MDGGS.
Ad Consules, Seniores et
magistratus Reip. Aemulae
sensis.

321)

Illustrissimo Principi ac Domino
D. Friderico Comiti Palatino
Rheni sacri Romani Imperii
Archidapifero et Electori Ducibus,
variae & gratiam et pacem ab. D. N. S. C.
Quemadmodum perspicuum nobis fuit,
Illustrissime Princeps, egregium illam